

# Deutsches Archiv

für

## Erforschung des Mittelalters

namens der Monumenta Germaniae Historica

herausgegeben von

FRIEDRICH BAETHGEN und WALTHER HOLTZMANN

11. Jahrgang

1954/55

BÖHLAU-VERLAG • MÜNSTER/KÖLN

# Nikolaus von Bari, eine neue Quelle zur Entwicklung der Kaiseridee unter Friedrich II.\*

Von

Rudolf M. Kloos

Die Handschrift 642 der Universitätsbibliothek Erlangen (15. Jh., Pap., 247 Bl., Prov. Heilsbronn), von H. Fischer bereits ausführlich beschrieben <sup>1)</sup>, enthält f. 233'—236 drei bislang unbekannte Stücke aus der Zeit Friedrichs II. Ich lasse zunächst den Text folgen, indem ich bei der Formulierung der Überschriften und Daten die Ergebnisse der nachfolgenden Untersuchung vorwegnehme. Leider ist die Überlieferung an manchen Stellen verderbt und der Wortlaut nicht überall mit Sicherheit wiederherzustellen.

---

\*) Dem Präsidenten der Monumenta Germaniae Historica, Herrn Prof. F. Baethgen, der die Mühe auf sich genommen hat, den gesamten Text nochmals zu vergleichen, möchte ich an dieser Stelle auch für zahlreiche wertvolle Hinweise meinen besonderen Dank aussprechen.

<sup>1)</sup> Katalog der Handschriften der Universitätsbibliothek Erlangen, Neubearbeitung 2: Die lat. Papierhandschriften von H. Fischer (1936) S. 371—374. — Ergänzend zur Beschreibung Fischers sei hier die Reihenfolge der Briefe des Peter von Blois mitgeteilt: Migne, PL. 207, Petri Blesensis epistolae, Nr. 1—13, 15, 17, 19, 21, 22, 24, 136, 173, 162, 26, 156, 153, 28, 30, 33, 154, 34—38, 158, 39, 130, 155, 40—55, 128, 56, 58—62, 65—68; col. 1057—1070: *Quis dabit — populi tui*; Nr. 69, 71—75, 77—86, 88, 150, 90—98; col. 1069—1078, Zeile 9: *Litteris tuis et nunciorum — renascaris*; Nr. 57, 99, 100, 14, 159, 32, 76, 63, 64, 16, 18, 20, 23, 25, 27; *Amantissime sorori sue M. Incanduit auster meroris — ameno*; Nr. 70, 101, 29, 31, 220, 89, 126, 127, 143, 131—135; col. 1115, Zeile 11—1126: *Exorta ... (Lücke) suscepissem nisi — inpunitas*, fährt dann mit neuem Abschnitt fort: *Epistolam scribere inceperam — disputationi reservo*; Nr. 137, 139, 160, 148, 145, 144, 147, 146; *Suspirando dicebas — nichil possum*; 63 (wiederholt), 102, 103, 105—107, 110, 111, 113—115; *Si pro illis nostrarum — gratia*; 116—124, 221. Dann folgen fünf Stücke, die sich mehrfach im Anschluß an die Briefsammlung des Peter von Blois finden: *Ascendit de mari — supradicta*, MG. Epp. pont. 1, 645—654, Nr. 750; *Commune omnium — sublimat*, Reg. Imp. V, 2290, vgl. O. Vehse, Die amtliche Propaganda in der Staatskunst Kaiser Friedrichs II. (1929) S. 60 ff.; *In admirationem — vocaretur*, Reg. Imp. V, 1715, vgl. O. Vehse, a. a. O. S. 19 ff.; *Karolus etc. G. Cardinalis — eversorem*; *Suo domino R. ap. se. not. suus*

I. (Vorwort des Nikolaus, Abtes und Diakons der Kirche von Bari, zu seinem Werk über die Konstitutionen Friedrichs II.)

(ca. 1231—1239)

(1) Sumit <sup>2)</sup> eloquium nostrum ab ingenito patre principium, qui dat esse rebus, balbucientibus eloquenciam tribuit, velud in excellencie sue bonitate mirabilis virtutis presidia debilibus inpartitur. Ab unigenito vero, quem sine viri semine virgo puerpera genuit, huius prosecutio sermonis extenditur, quem utique summum doctorem gencium <sup>3)</sup> profitentes verbum nostrum sub eius doctrina prosequimur et in splendore lucis ipsius viam ingredimur veritatis. Presentis autem oracionis effectum producet paraclitus ab utroque procedens illumque reddat sacri muneris infusione prelucidum et in via salutaris studii penitus profectivum.

(2) Horum itaque trium individuam habencium unitatis essenciam laudem pro viribus extollentes, de ineffabili ipsorum <sup>4)</sup> misericordia spe concepta labia fiducialiter aperimus, ut quod intendit et iubet iuris sublimitas, in quantum sciencie desursum nobis tradite parvitati permittitur <sup>4)</sup>, suscepta spiritus sancti gracia perfruamur.

(3) Sacre quidem pagine monstrat auctoritas, quod *sol refulsit in clipeos aureos, et insplenduerunt montes ab eis* <sup>5)</sup> estque dissipata gencium fortitudo <sup>6)</sup>. Hunc profecto solem profiteamur dominum Iesum Christum, solem nempe iusticie, solem sapiencie, solem vite, qui velud iustus in omnibus viis suis posuit tabernaculum suum in sole <sup>7)</sup>, ut omnibus in sua potestate conclusis iudicia secundum suam omnipotenciam exerceret cunctaque conspergeret solaris luminis claritate.

a) Am Rande nachgetragen Hs.

Daniel ... *Egressa nuper iniquitate — sumens*. Zu den ersten vier Stücken vgl. W. Meyer, Zur Korrespondenz Friedrichs II., FDG. 19 (1879) 75—80; die beiden letzteren konnten nicht identifiziert werden.

<sup>2)</sup> f. 233'. — Die Kapitelzählung ist zur besseren Übersicht zugefügt.

<sup>3)</sup> Vgl. 1. Tim. 2, 7.

<sup>4)</sup> Vgl. A. Huillard-Bréholles, *Vie et correspondance de Pierre de la Vigne* (1865), Documents Nr. 107, Z. 1—2 (künftig zitiert: HB. 107).

<sup>5)</sup> 1. Macc. 6, 39.

<sup>6)</sup> Diese Schriftstelle, ebenfalls mit dem Zusatz *estque — fortitudo*, wird auch in einem Brief des 'Codex Fitalia' (Hs. Palermo, Società Siciliana per la Storia Patria, Nr. I. B. 25) f. 57 interpretiert: *sol = Papst, clipei aurei = Kardinäle, montes = prelati aliarum ecclesiarum, gencium fortitudo = sanctam ecclesiam persequentes*, vgl. Archiv 5 (1824) 372.

<sup>7)</sup> Vgl. Ps. 18, 6.

(4) Hic est vere sol, quem scriptura testatur: *Orietur sol iusticie timentibus nomen meum*<sup>8)</sup>; sed hoc presertim et de illis accipitur, qui sapientia permanent, iusticiam diligunt et quorum vultus respicit equitatem. Hic est sol vite secundum veritatem ewangelicam et qui vite prebet exemplum, in a) omni<sup>a</sup>) legitur hoc ut in nostro resplendeat opere, quod per fidem fulget in mente. Hic est, de quo errantes in executione iusticie conqueruntur dicentes: *A via veritatis erravimus et nobis lumen iusticie non illuxit*<sup>9)</sup>.

(5) Nec indigne dicitur, quod *refulget sol in clipeos aureos*, videlicet in iusticie defensores<sup>10)</sup> et *facta*<sup>b</sup> <sup>11)</sup> *causarum ambigua dirimentes*, qui *sue defensionis viribus in rebus publicis et privatis lapsa erigunt, fatigata reparant nec minus humano generi provident*<sup>c)</sup> *quam si preliis*<sup>d)</sup> *atque*<sup>d)</sup> *vulneribus patriam parentesque salvarent*. Hinc Iustiniana sancio non solos illos militare decrevit, qui *gladiis, clipeis et toracibus utuntur*<sup>e)</sup>, sed et illos, qui *presidio gloriosi muneris laborantium spem vitam posterisque defendunt*<sup>11)</sup>, ne potenciorum manus validior afficiat humiliores iniuriis prematque iacturis clipeo iusticie non adiutos<sup>f)</sup>.

(6) Tales na[m]que clipeos aureos divina merito presignavit auctoritas, cum per aurum virtutum nobilitas et specialiter fortitudo fidei designatur. Numquid a talibus clipeis montes, ut pute seculares principes, non resplendent? Profecto eorum fulgore coruscant consistens<sup>g)</sup> in eis velud in stabilibus firmamentis fundamenta fidei et iusticie. In montibus sanctis, videlicet in catholicis et devotis principibus, qui securitatis, defensionis et tuicionis clipeos deferentes fidei fortitudine, vite sanctitate ac rectitudinis gracia divinitus accenduntur. Sicque muniti et illuminati virtutibus infidelium gencium et iusticie derogantium fortitudinem dissipant et effrenes iuris frenis ac exleges lance legum artant et rectificant et compescunt.

(7) Horum namque devocionis et virtutis claritas luce puriori tamquam sidus irradiat, dum amore fidei divina[m] clemencia[m] reverentes et iusticie terminos observantes Deo et sanctissime Romane ecclesie vel

a) ioique mit Kürzungsstrich Hs.; wohl zu lesen ideoque. b) So Hs.; nach Cod. Iust. 1. 14. C. 2. 7 zu lesen fata. c) So zu lesen nach Cod. Iust. a. a. O.; prevident Hs. d) So zu lesen nach Cod. Iust. a. a. O.; pre aliis absque Hs. e) So Hs.; nituntur Cod. Iust. a. a. O. f) adiutus Hs. g) So Hs.; zu lesen vielleicht consistencia oder consistente ... fundamento.

8) Mal. 4, 2. 9) Sap. 5, 6. 10) Vgl. HB. 107, Z. 24—25. 11) Cod. Iust. 1. 14. C. 2. 7, aber von den advocati gesagt.

sedi cuncta subiciunt ac ad eius deducunt fidelibus studiis unitatem. Fulget enim luce clarius recta fides in principe, conservatur religionis unitas, regni regimen recte dirigitur et tranquillitas in populo custoditur.

(8) Restat ergo, viri prudentes, ingenio floridi et devocione preclari, ut primo et principaliter congregacione per fidem habita vere ac individue trinitatis, sanctam et catholicam militantem ecclesiam vicariam triumphantis reverentibus colamus animis et in ea speciosissimi<sup>a)</sup> nostri sanctissimi redemptoris, quantum potest humana fragilitas, imitemur, ut consistentibus totaliter sensibus nostris in ipso, quid fidei catholice dicta, quid iurium constitutiones exposcunt, quid swadet equitas et quid consuetudines introducant, ad superne maiestatis laudem et gloriam evidencius comprehendere valeamus.

(9) Quare in ipsius nomine trinitatis studiorum nostrorum assumentes inicia dicimus, quod iste liber sacri cesaris constitutionibus consecratus in quinque partes dividitur, etc.

## II. Nikolaus (Abt und Diakon der Kirche von Bari): Lob Friedrichs II. (nach 1235)

(1) *Magnus*<sup>12)</sup> *dominus et magna virtus eius et sapientie eius non est numerus*<sup>13)</sup>. Brevis est auctoritas superfecunda et ornata omni lapide precioso<sup>13a)</sup>. *Non aurum preciosius hac*<sup>b)</sup>, *non clara iacinctus, Vas modicum sed mirificum, quod murmurat intus homo sed cor*<sup>14)</sup>. Citharedus mirabilis et prophetarum eximius rex David in premissa auctoritate de duobus imperatoribus prophetavit, videlicet de celesti imperatore, qui ventis et mari imperat<sup>15)</sup>, qui dixit et facta sunt, mandavit et creata sunt universa<sup>16)</sup>, et de terrestri domino Fr[iderico] imperatore magnifico uncto oleo leticie<sup>17)</sup> pre regibus universis; primo prophetavit de filio, secundario de successore in regnum<sup>18)</sup>.

a) spo mit Kürzungsstrich und hochgestelltes mi Hs.; zu lesen vielleicht spiritum. b) So statt durchstrichenem habetur Hs.

<sup>12)</sup> f. 233'—235. <sup>13)</sup> Ps. 146, 5. <sup>13a)</sup> Eccli. 50, 10; Apoc. 21, 19. <sup>14)</sup> Non aurum — cor höchstwahrscheinlich Zitat (bis intus zwei Hexameter mit Endreim), konnte nicht nachgewiesen werden. <sup>15)</sup> Matth. 8, 26. <sup>16)</sup> Ps. 148, 5. <sup>17)</sup> Ps. 44, 8. <sup>18)</sup> Kaiser als Nachfolger Christi im „Reich“, vgl. E. Kantowicz, Kaiser Friedrich II., Ergänzungsband (1931) S. 206 „vicarius Christi“.

(2) De magnitudine Christi constat omnibus, quod ipse est rex magnus super omnes deos, cuius virtus magna fuit, quando de dyabolo triumphavit<sup>19)</sup>, sapientia eius magna, quam dedit et docuit in auditorio ecclesie militantis, unde in ewangelio: *numquam sic locutus est homo ab eterno*<sup>20)</sup>.

(3) Qualiter autem terreno imperatori competit est videndum. Tripartita est prefata auctoritas, quia de tribus tractat; primo de magnitudine domini, cum dicit: *magnus dominus* noster, secundario de magnitudine virtutis, cum infert: *et magna virtus eius*, tercio et ultimo de magnitudine sapientie, cum addit: *et sapientie eius non est numerus*.

Et ut omnia exponantur in numero, pondere et mensura<sup>21)</sup>, primo de magnitudine eiusdem domini est tractandum.

(4) *Magnus est dominus* imperator nobilitatis genere, quia trahit pro sapiam ab imperatoribus et regibus huius mundi; qui de celo venit, super omnes est<sup>22)</sup>, id est, qui de imperiali semine descendit, cunctis nobilior est. De isto potest dici illud Salomonis: *Nobilis in portis vir eius, quando sedebit cum senatoribus orbis terre*<sup>23)</sup>, et *beata terra, cuius rex nobilis est*<sup>24)</sup>. Nobilitas istius est aurum purissimum, de quo conflata sunt preciosissima vasa templi<sup>25)</sup>.

(5) Magnus est dignitate honoris, quia ipse est homo positus super capita nostra, secundum quod dicit psalmista: *Imposuisti homines super capita nostra*<sup>26)</sup>. Ipse est sol in firmamento mundi, quo illuminantur homines gracia et exemplo. Ipse est, cui *flectitur omne genu celestium*, id est regum, *terrestrium*, id est militum, et *infernorum*<sup>27)</sup>, id est omnium subditorum. Quis sub nubibus equabitur ei aut quis similis illi esse poterit inter filios regum<sup>28)</sup>? Unus est et secundum non habet, fenix pulcherrima pennis aureis decorata<sup>29)</sup>.

(6) Magnus est, maior et maximus, magnus quia rex Sicilie, maior quia rex Iherusalem, maximus quia imperator Romanus. Hic est, quem gloria et honore dominus coronavit<sup>30)</sup> et constituit eum super omnia opera sua<sup>31)</sup>. O dominum mirabilem, humilem et sublimem, o dominum effabilem et ineffabilem, o leticiam principum, o gaudium populorum, nemo illo sublimior, nemo illo humilior invenitur! Hic est nobilitas

<sup>19)</sup> Vgl. Luc. 4, 1—13. <sup>20)</sup> Joh. 7, 46. <sup>21)</sup> Sap. 11, 21. <sup>22)</sup> Joh. 3, 31. <sup>23)</sup> Prov. 31, 23. <sup>24)</sup> Eccle. 10, 17. <sup>25)</sup> Vgl. etwa Exod. 38, 24 ff. <sup>26)</sup> Ps. 65, 12. <sup>27)</sup> Philipp. 2, 10. <sup>28)</sup> Vgl. Ps. 88, 7. <sup>29)</sup> Vgl. HB. 107, 18—20, aber hier und auch anderwärts aquila; über die allegorische Bedeutung des Phönix s. F. Schöll, Vom Vogel Phönix, Akademische Rede ... Heidelberg (1890), bes. S. 12 ff. <sup>30)</sup> Vgl. Kantorowicz, a. a. O. S. 108. <sup>31)</sup> Ps. 8, 6—7; Hebr. 2, 7.

gravis, orbis exemplum, decus hominum, conversacionis splendor et omnis iusticie principatus.

(7) Magnus dominus avus suus, quia imperator Romanus, magnus dominus pater, quia imperator et rex Sicilie, ipse maximus, quia imperator Romanus, rex Iherusalem et Sicilie. Profecto hii tres imperatores sunt quasi tres magi, qui venerunt cum muneribus Deum et hominem adorare <sup>32</sup>), sed hic est adolescentior illis tribus, super quem puer Ihesus felices manus posuit et brachiola sacrosancta. Hii sunt velud tres patriarche potentissimi in veteri testamento, quorum tercius fuit pre ceteris sublimatus mira in isto loco acturus et fidelium auribus minime dubitata <sup>33</sup>).

(8) Predictus dominus avus eius, imperator felicitis memorie Fr[idericus], a quo iste noster dominus denominatur, fuit virga Aaron in tabernaculo posita cum multis virgis aliarum tribuum, que sola floruit, fronduit et fructum fecit ceteris in siccitate remanentibus primitiva <sup>34</sup>). Et iam sibi datum est nomen imperii, quod est super omne nomen potestatis terrene <sup>35</sup>), ut de domo David semper sit imperator ceteris ducibus Theutonie <sup>a</sup>) remanentibus in pristina potestate. Floruit quidem idem dominus per bonam communionem, fronduit per honestam conversacionem, fructum fecit per optimam operacionem; vel floruit per nobilitatem; fronduit per strennuitatem, fructum fecit per dignitatem. Hec est virga de radice Iesse, id est de avo flos; qui de radice eius ascendit <sup>36</sup>), est nepos eius dominus imperator, flos campi et lilium convallium <sup>37</sup>), fons ortorum et puteus aquarum vivencium <sup>38</sup>) in domini paradiso, super quem almus spiritus quasi apis super florem odoriferum requiescit <sup>39</sup>), a solis ortu usque ad occasum laudatur et laudabitur nomen suum <sup>40</sup>).

(9) In tabernaculo federis erant due corone auree, una quarum dicebatur aurea, altera aureola, sed aureola superposita auree preminebat <sup>41</sup>), sic dignitas istius omni preminet dignitati. Dignus igitur est iste dominus dignitate congrui <sup>b</sup>) et condigni accipere gloriam et laudem cordis, laudem oris et virtutis, id est laudem operis. Lauda proinde anima mea hunc dominum, quia maior est omni laude, exalta eum quantum potes <sup>42</sup>),

a) Theutonice *Hs.* b) *So Hs.*; *vielleicht zu lesen congrua.*

<sup>32</sup>) *Matth. 2.* <sup>33</sup>) *Abraham, Isaak, Jakob.* <sup>34</sup>) *Vgl. Num. 17.* <sup>35</sup>) *Vgl. Ephes. 1, 21.* <sup>36</sup>) *Is. 11, 1.* <sup>37</sup>) *Cant. 2, 1.* <sup>38</sup>) *Cant. 4, 15.* <sup>39</sup>) *Is. 11, 2; Kaiser von Gott erleuchtet, vgl. Kantorowicz, a. a. O. S. 84.* <sup>40</sup>) *Ps. 112, 3* <sup>41</sup>) *Vgl. Exod. 25, 25.* <sup>42</sup>) *Eccli. 43, 33.*

quia exaltatus est super omnes! De hac materia semper michi erit sermo iocundior et sermocinatio longior atque profecior. Et utinam detur posse, quia hic deficit spiritus meus nec sufficit ad tantum investigandum archanum, sed cum ei devoveo lingwam meam, sic erit ad eius dignitatem extollendam, sicut stella ad solem, stilla ad flumen, lapis ad turrim, pulvis ad montem. Accede homo ad cor altum et eius dignitas exaltetur <sup>43</sup>)! Hic est dominus, qui tercio fuit unctus propter tres suas dignissimas dignitates. Sed quia dominus debet esse fortis et potens, secundario de eius fortitudine et potencia in illa particula est videndum.

(10) *Et magna, inquit, virtus eius.* Timor et tremor huius domini super omnia regna mundi, *manus eius in cervicibus inimicorum suorum, catulus leonis Iudas* <sup>44</sup>): *ad predam, fili* <sup>a)</sup> *mi, ascendisti, numquid per impotenciam descendisti, rebucans* <sup>b)</sup> <sup>45</sup>) *ut leo in imperio et quasi leena in aliis provinciis* <sup>46</sup>), *quis suscitabit eum* <sup>47</sup>), *solus* <sup>ss c)</sup> <sup>48</sup>).

(11) *Non auferretur, inquit, sceptrum de manu domini Friderici neque* <sup>49</sup>) *dux de femore eius, hoc est imperium de eius heredibus, donec veniat qui mittendus est* <sup>50</sup>), id est Christus ad iudicium, hoc est usque

a) filii Hs. b) Dahinter leo getilgt Hs. c) So Hs.; vielleicht zu lesen sanctissimus, s. Anm. 48.

<sup>43</sup>) Ps. 63, 7—8.

<sup>44</sup>) Iudas wird in der Bibelexegese immer auf Christus gedeutet, vgl. PL. 219, 246: Iudas, catulus leonis, Dominum Salvatorem praesignat, tamquam leonina ortum prosapia, videlicet regia stirpe progenitum, mit Quellennachweisen.

<sup>45</sup>) recubans lesen Rufinus, De bened. patrum I, 2 (PL. 21, 301) und Cyprian, Testimonia I, 21 (PL. 4, 718). Vgl. unten Anm. 106.

<sup>46</sup>) provincie alle Länder außerhalb des Imperiums, vgl. F. Kämpers, Kaiserprophetien und Kaisersagen im MA. (1895) S. 81.

<sup>47</sup>) Gen. 49, 8—9. Der Löwe spielt eine wichtige Rolle in der gesamten Vatinizienliteratur, s. etwa F. Kämpers, Die deutsche Kaiseridee in Prophetie und Sage (1896) S. 74 f., dann bes. in den Prophetien des 13. Jhs., vgl. O. Holder-Egger, Italienische Prophetien des 13. Jhs., NA. 15 (1890) 158, 159, 163, 167 usw. — Ebenso in der Bibelallegorese, s. PL. 219, 134, 230, 479 unter ‚leo‘.

<sup>48</sup>) solus ss. ist wohl als Anklang an eine Schriftinterpretation aufzufassen, vgl. bes. Gotfried v. Admont, PL. 174, 1141: Acsi dicat: Solus ille cui soli convenit nomen istud ‚quis‘, also quis = Gott; weitere Stellen s. PL. 219, 114.

<sup>49</sup>) neque mehrere Lesarten der versio antiqua (P. Sabatier, Bibliorum sacrorum latinae versiones antiquae seu vetus italica [Reims 1743] zur Stelle; künftig zitiert ‚vers. ant.‘).

<sup>50</sup>) Gen. 49, 10.



ad finem mundi, que progenies <sup>51)</sup> imperabit, quia secum est principium in die virtutis sue <sup>52)</sup>, id est Christus in omnibus suis vicariis <sup>53)</sup>.

(12) De istis quidem dictum est per prophetam: *Orietur in diebus domini iusticia et habundancia pacis, donec extollatur* <sup>54)</sup> *luna, et dominabitur a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terre* <sup>55)</sup>, *coram illo procident Ethyopes et inimici eius terram lingent* <sup>56)</sup>.

Dies domini specialiter dicuntur omnes dies a nativitate domini usque ad Epiphanyam, qui <sup>a)</sup> hiis diebus, id est infra hos dies, hoc est in festo beati Stephani consecutivo <sup>b)</sup> nativitatis orta est iusticia <sup>57)</sup>, scilicet domini imperatoris Friderici, qui est iusticia tanta in hoc seculo, qui reddit unicuique quod suum est: Deo tria, timorem, honorem et amorem, regibus concordiam, subditis gratiam et misericordiam. A domino itaque factum est istud et est mirabile in oculis nostris, scilicet ut in die sancti Stephani nasceretur imperator. Stephanus enim intelligitur coronatus, et in die suo processit ad ortum dominus dyademate multiplici coronandus, ut interpretacio nominis alluderet dignitati et terrena celestibus concordarent.

*Et habundancia pacis* <sup>58)</sup>, et licet quidam perfidi et rebelles velint istam pacem malivole perturbare, non possunt, quia cadent a latere filiorum suorum mille et decem milia a dextris suis, ut ad nos non valeant appropinquare <sup>59)</sup>; omnem palmitem in hac vinea vera non ferentem fructum, tollet eum, ut fructum plus afferat salutarem <sup>60)</sup>. *Donec extollatur luna*, id est eius dignitas gloriosa, que recipit lumen a vero sole, id est a Christo. *Et dominabitur a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terre*, quia ubique terrarum eius potencia formidatur. *Coram illo procident Ethyopes*, id est pagani, qui omnes adorant scabellum pedum eius <sup>61)</sup>. *Et inimici eius terram lingent*, id est humiliantur et destruuntur et pereunt coram ipso. Nam et illi, qui rapinam arbitrati sunt esse se equales <sup>62)</sup> sibi, ceciderunt deorsum et amplius locus eorum minime invenitur <sup>63)</sup>; pusillum adhuc et omnes alii

a) So Hs.; wohl zu lesen quia. b) consecutivum Hs.

<sup>51)</sup> ‚dieses Geschlecht‘, also die Staufer. <sup>52)</sup> Ps. 109, 3. <sup>53)</sup> ‚vicarii Christi‘ = Kaiser, s. Kantorowicz, a. a. O. S. 73 und 206. <sup>54)</sup> extollatur vers. ant.; auferatur Vulg. <sup>55)</sup> terre vers. ant.; terrarum Vulg. <sup>56)</sup> Ps. 71, 7—9. <sup>57)</sup> iusticia und pax (s. unten im gleichen Abschnitt) erscheinen unter Friedrich in ihrer Fülle; über beide Begriffe s. die Zusammenstellung bei Kantorowicz, a. a. O. S. 79—82. <sup>58)</sup> S. Anm. 57. <sup>59)</sup> Ps. 90, 7. <sup>60)</sup> Joh. 15, 2. <sup>61)</sup> Ps. 98, 5. <sup>62)</sup> Philipp. 2, 6. <sup>63)</sup> Ps. 36, 36.

destruentur et <sup>a)</sup> dispergentur in Endor, et in stercus et sterquilinium rediguntur <sup>64)</sup>). Nam dominus Deus exercituum, Deus ulcionum, qui libere egit cum eo <sup>65)</sup>, certamen forte dedit illi, ut vinceret et sciret, quoniam omnibus potentibus potentior extat ipse <sup>66)</sup>, honestavit illum in laboribus et in gloria labores eius magnifice adimplebit <sup>67)</sup>).

(13) Hic est David <sup>68)</sup> manu fortis et visu desiderabilis, qui Iebuseum deiecit <sup>69)</sup>, vere vultu desiderabilis, quia levis natura, blandus aspectu, sanctus spiritu, denique totus unctus. Quis mihi tribuet <sup>b)</sup> eius angelicam videre faciem, que <sup>c)</sup> plena est graciaram <sup>70)</sup>, quis mihi tribuet eius audire sapienciam, que exuperat omnem sensum <sup>71)</sup>; certe dicerem cum Petro in monte Thabor posito: *Domine, bonum est nos hic esse* <sup>72)</sup>, *hec requies mea in seculum seculi, hic in perpetuum habitabo* <sup>73)</sup>).

(14) Eya igitur karissimi, salutemus eum cum Gabriele angelo: *Ave* <sup>74)</sup> domine imperator, *gracia Dei plene, dominus tecum*, subaudi: fuit, est et erit; fuit in puericia sive adolescencia, quando Herodes querebat puerum ad perdendum <sup>75)</sup> et defuncti sunt omnes taliter requirentes; est modo in bellis presentibus, quando filii alieni, infideles vasalli et reprobi, mentiti sunt, filii alieni, qui inveteraverunt in maliciis et in semitis fidei claudicaverunt <sup>76)</sup>; et erit in eternum in omnibus factis patris, quia dominus docuit manus vestras ad prelium et vestros digitos ad bellum <sup>77)</sup>. *Benedictus tu inter reges* <sup>78)</sup>, id est super omnes reges, et *benedictus fructus ventris tui* <sup>79)</sup>, id est fructus pulcherrimus rex Cunradus, vester filius predilectus <sup>80)</sup>, in quo vobis bene complacuit <sup>81)</sup> et in perpetuum complacebit, filius accrescens Ioseph, filius accrescens et decorus aspectu <sup>82)</sup>, filius accrescens per etatem, filius accrescens per sapienciam, potestatem et honorem, et decorus aspectu abintus atque afforis, omnis gloria filiorum regum abintus <sup>83)</sup>. *Benedictus filius iste in filiis Asser* <sup>84)</sup>, scilicet rex Cunradus, ferrum et es calciamentum eius <sup>85)</sup>, benedicat ei potencia Dei Iacob benedictionibus celi desuper et benedictionibus terre <sup>d)</sup> iacentis deorsum <sup>86)</sup>, omnes benedictiones fiant in capite Ioseph et in

<sup>a)</sup> *Dahinter* et pereunt coram ipso *getilgt* *Hs.* <sup>b)</sup> tribuit *Hs.* <sup>c)</sup> *Dahinter* est *getilgt* *Hs.* <sup>d)</sup> *Dahinter* deorsum *getilgt* *Hs.*

<sup>64)</sup> *Ps.* 82, 11; fuerunt quasi sterquilinium terre *vers. ant. S. Hieronymi.*  
<sup>65)</sup> *Ps.* 93, 1. <sup>66)</sup> *Sap.* 10, 12. <sup>67)</sup> *Sap.* 10, 10. <sup>68)</sup> *David* vgl. *Kantorowicz, a. a. O. S.* 79. <sup>69)</sup> 2. *Reg.* 5, 6—10. <sup>70)</sup> *Luc.* 1, 28. <sup>71)</sup> *Philipp.* 4, 7.  
<sup>72)</sup> *Matth.* 17, 4. <sup>73)</sup> *Ps.* 131, 14. <sup>74)</sup> *Luc.* 1, 28. <sup>75)</sup> Vgl. *Matth.* 2, 16.  
<sup>76)</sup> *Ps.* 17, 46. <sup>77)</sup> *Ps.* 143, 1. <sup>78)</sup> *Luc.* 1, 42. <sup>79)</sup> *Kg. Konrad IV.* <sup>80)</sup> *Matth.* 17, 5. <sup>81)</sup> *Gen.* 49, 22. <sup>82)</sup> *Ps.* 44, 14. <sup>83)</sup> *Deut.* 33, 24. <sup>84)</sup> *Deut.* 33, 25.  
<sup>85)</sup> *Gen.* 49, 25.

vertice <sup>a)</sup> Nazarei <sup>86)</sup>, id est floridi <sup>87)</sup>, qui revera floridus est et speciosus forma pre filiis regum <sup>87a)</sup> terre et tante pulchritudinis, quante fuit Ioseph, in cuius vultu universi et singuli mirabantur.

(15) Hic dominus noster imperator Fridericus est *leo* potentissimus, sicut Salomon dicit de Christo, qui *ad nullius pavet occursum* <sup>88)</sup>, sed omnes figunt ad eius circulum gressus suos. *Leo rugiet: quis est qui non timebit; dominus imperator mandabit: quis non complebit* <sup>89)</sup>? Serviamus ei in timore et exultemus ei cum tremore <sup>90)</sup>, apprehendamus disciplinam eius, que bonis est virga aurea, quam Assuerus ad se venientibus porrigebat <sup>91)</sup>, mediocriter malis lignea, qua misericorditer corriguntur, summe malis est virga ferrea, qua tamquam vasa figuli conteruntur <sup>92)</sup> et in lutum postmodum rediguntur.

(16) In sanctitate et iusticia est huic domino serviendum <sup>93)</sup>, quia omnia novit et falli non potest, quia omnia potest, ideo superari non potest, quia ubique eius potencia invenitur et ideo fuge aditus denegatur; si ascendero ad celum, ad summa moncium, illuc est, et si descendero ad infernum <sup>94)</sup>, id est in abditis latitavero, non effugiam manus eius <sup>95)</sup>, iuxta illud poeticum: *An nescis longas regibus esse manus* <sup>96)</sup>?

(17) Ecce advenit dominator dominus <sup>97)</sup> et regnum in manu eius et potestas et imperium, vocatur utique angelus magni consilii <sup>98)</sup>, rex fortis, princeps pacis <sup>99)</sup>, adhuc videbit et affluet et mirabitur et dilatabitur cor eius, quando conversa fuerit ad eum multitudo maris, id est rebellium, fortitudo gentium venerit ei <sup>100)</sup> in omnibus paritura, et tunc omnia subiciuntur ei et sedebit cunctus eius populus in pulchritudine pacis <sup>101)</sup>. Et quia secundum verba sapientis imperia et regna per sapientiam gubernantur <sup>102)</sup>, nunc de tertia et ultima particula est tractandum.

a) vertice am Rande nachgetragen statt getilgtem virtute Hs.

<sup>86)</sup> Gen. 49, 26. <sup>87)</sup> Nazareus wird verschieden interpretiert, doch konnte ich einen Zusammenhang mit floridus nicht finden; wohl aber wird Nazareth als ‚flos‘ gedeutet, vgl. Hieron. De nomin. Hebr. novi Test., PL. 23, 842. <sup>87a)</sup> Vgl. Ps. 44, 3. <sup>88)</sup> Prov. 30, 30. <sup>89)</sup> Vgl. Amos 3, 8; vgl. oben Anm. 47. <sup>90)</sup> Ps. 2, 11. <sup>91)</sup> Vgl. Esther 4, 11; 5, 2 ff. <sup>92)</sup> Ps. 2, 9. <sup>93)</sup> Luc. 1, 74–75. <sup>94)</sup> Ps. 138, 8; ad (in Vulg.) infernum mehrere Autoren vers. ant. <sup>95)</sup> Vgl. Sap. 16, 15; Tob. 13, 2; über Allgegenwart des Kaisers vgl. Kantorowicz, a. a. O. S. 94–95. <sup>96)</sup> Ovid, Ep. 16, 166. <sup>97)</sup> Isai. 10, 33. <sup>98)</sup> Isai. 9, 6, vers. ant. (Miss. Rom. ad Introitum 3. Missae Nativ. u. a.) <sup>99)</sup> Isai. 9, 6. <sup>100)</sup> Isai. 60, 5. <sup>101)</sup> Isai. 32, 18; vgl. HB. 107, 31–36. <sup>102)</sup> Vgl. Sap. 6, 22–23.

(18) *Et sapientie* <sup>a)</sup> *eius, inquit, non est numerus. Hic, Nicolae, stilum dictaminis fige tui, et tam clari principis claram sapientiam claris et politis sermonibus iam describe* <sup>b)</sup>. Regina austri venit a finibus terre audire sapientiam Salomonis <sup>103)</sup>. Et ecce plus quam Salomon hic dominus Fridericus magnificus imperator. Et sicut legitur in libro sapientie de Salomone: *puer eram ingeniosus et bonam animam* <sup>c)</sup> *sum sortitus* <sup>104)</sup>, ingeniosus fuit per bona naturalia <sup>105)</sup> et sortitus bonam animam <sup>c)</sup> per gratuita bona, profecto omnes dotes et omnia bona confluxerunt in ipsum. Habet enim bona nature, bona fortune, bona gratie in presenti, et habebit bona eterna glorie in futuro, gratiam et gloriam dabit dominus.

(19) Hunc benedixit excelsus dominus benedictione quondam Iacob, inquit enim pater ad eum: *Det tibi Deus de rore celi et de pinguedine terre habundanciam frumenti, vini et olei* <sup>106)</sup>. Ros celi sapientia est desuper data sibi <sup>107)</sup>, pinguedo terre est imperium Romanorum, quod pinguius et sublimius est omni regno terreno; per *frumentum* intelligitur gracia maiorum donorum, per *vinum* iusticia et per *oleum* eius misericordia copiosa; ipse quidem est misericors et miserator dominus <sup>108)</sup>, pociens et multum misericors <sup>109)</sup> in consuetudine miserendi, profecto ipse est rex Israel, et reges Israel consueverunt esse misericordes, sicut habetur in libro regum <sup>110)</sup>.

(20) Sapientia huius domini *attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit suaviter* universa <sup>111)</sup>; *clara est que numquam marcescit sapientia* eius <sup>112)</sup>. Ipse quidem habet sapientiam, que dicitur a sapio, sapis <sup>113)</sup>, quia omnia sapit et intelligit super omnes, quia super seniores ab infanzia intellexit <sup>114)</sup>. Et sapientiam, que dicitur a sapore <sup>115)</sup>, nam sapiens secundum magistrum, cui sapiunt res secundum saporem proprium, sic et ipse discernit bonum a malo et amarum a dulci et a bonis quaecumque sunt meliora. Et cum secundum definitionem theologicam quidam habent sapientiam in corde, quidam in ore, iste dominus in

<sup>a)</sup> sapientia *Hs.* <sup>b)</sup> describere *Hs.* <sup>c)</sup> amiciciam *Hs.*

<sup>103)</sup> 3. Reg. 10. <sup>104)</sup> Sap. 8, 19. <sup>105)</sup> Vgl. HB. 107, 27—28. <sup>106)</sup> Gen. 27, 28; et olei lesen (nach Sabatier, a. a. O.) nur Cyprian, Testim. I, 21 (PL. 4, 718), vgl. oben Anm. 45, und Ps.-Prosper, De promiss. et praed. Dei I, 21 (PL. 51, 749). <sup>107)</sup> Vgl. HB. 107, 10; Isai. 45, 8. <sup>108)</sup> Ps. 110, 4. <sup>109)</sup> Ps. 144, 8. <sup>110)</sup> Vgl. 2. Reg. 9, 1—13 u. öfter. <sup>111)</sup> Sap. 8, 1; vgl. HB. 107, 17. <sup>112)</sup> Sap. 6, 13. <sup>113)</sup> Vgl. etwa Papias, Vocabularium (Venedig, Theodorus de Regazonibus, 17. März 1491) unter „sapio“. <sup>114)</sup> Ps. 118, 100. <sup>115)</sup> Vgl. Isidor, Etym. (ed. Lindsay, Oxford 1911) 10, 240.

omnibus habet eam, habet sapienciam, scienciam atque sensum. Nam sapiencia dicitur de celestibus, sciencia de mirabilibus, sensus de disponendis rebus humanis et mundanis.

Dicamus ergo cum regina austri de nostro sapientissimo Salomone: *Maior est sapiencia tua et gloria tua, quam rumor quem audivi, unum de mille non fuit nunciatum michi, beati principes tui et beati servi, qui stant coram te cottidie et audiunt sapienciam tuam. Sit Deus benedictus, cui complacuiſti et posuit te super tronum, ut iudicium et iusticiam factitares*<sup>116)</sup>. Iste est rex, de quo dicitur: *Rex David sedens in cathedra sapientissimus inter tres*<sup>117)</sup>, id est inter omnes reges, qui sunt in tribus partibus orbis terre, hoc est in Asia, Affrica et Europa<sup>118)</sup>.

(21) De isto sapiente potest dici illud Salomonis: *oculi sapientis in capite eius*<sup>119)</sup>, id est in Christo, qui est caput eius<sup>120)</sup>, in quo respicit in omnibus factis eius<sup>121)</sup>, sicut ille Iudas virorum fortissimus Machabeus, cui apparuerunt quinque viri de celo ipsum in omnibus et ab omnibus protegentes. Duo circumstabant ipsum et tres in adversarios fulgura et iacula iaciebant<sup>122)</sup>; duo qui circumstabant dominum nostrum, sunt Gabriel angelus et Iohannes, qui custodes beate Marie virginis asseruntur, tres alii pugnatores tres sancti strennui milites Ge[o]rgius, Demetrius et Martinus<sup>a)</sup><sup>123)</sup>. Hic imperator noster a Deo habet gladium sicut ille fortissimus Machabeus, cui apparuit Ieremias cum ense dicens: *Accipe sanctum gladium munus a Deo, cum quo deicies hostes tuos*<sup>124)</sup>.

(22) Ecce dedit dominus Salomoni nostro cor sapiens et intelligens in tantum, ut nullus ante eum fuerit similis nec post eum resurrecturus sit<sup>125)</sup>.

(23) Et quia in persona sua magnifica ista tria resultant, scilicet dignitas, potencia et sapiencia, tria debemus ei: pro dignitate honorem, pro potencia timorem, pro sapiencia dileccionem, ut mille aque non

a) *Vielleicht verderbt aus Mauricius, vgl. Anm. 123.*

<sup>116)</sup> 3. Reg. 10, 7—9. <sup>117)</sup> 2. Reg. 23, 8. <sup>118)</sup> Vgl. prepotens imperialis Europa, *Matth. Paris. MG. SS.* 28, 212, Z. 36 (*Reg. Imp. V.* 3216). <sup>119)</sup> *Eccle.* 2, 14. <sup>120)</sup> *In Übereinstimmung mit den Bibelkommentaren, vgl. PL.* 219, 107. <sup>121)</sup> Vgl. 2. Macc. 8, 2. <sup>122)</sup> 2. Macc. 10, 29—30. <sup>123)</sup> Demetrius, Georgius und Mauritius (oder Mercurius oder Theodorus) retteten 1098 die in Antiochien schwer bedrängten Kreuzritter: *Gesta Dei per Francos* (ed. Hannover 1611) S. 64, 121 und 522. An letzterer Stelle auch die ausdrückliche Beziehung auf die Makkabäer; vgl. *AA. SS.* Oct. 4, 203—205. <sup>124)</sup> 2. Macc. 15, 16. <sup>125)</sup> 3. Reg. 3, 12.

possint extingwere hanc caritatem <sup>126</sup>); *fortis est*, inquit sapiens, *ut mors dileccio* <sup>127</sup>).

(24) *Magnificatus, exaltatus et sublimatus est rex Salomon noster ut super omnes reges, cuius vultum desiderat universa terra* <sup>128</sup>). Et ut verbis Iob utar de ipso: *non conferetur cunctis Indie coloribus*, id est mundi sapientibus, *non lapidi sardo[n]ico precioso*, id est alicui principi, *non saphiro*, id est alicui regi, *non adequabitur ei aurum vel vitrum* <sup>129</sup>), id est alicuius sapiencia vel intelligencia luculenta; cui sedenti in trono dignitatis acclamandum est: Vivat, vivat imperator Fr[idericus] <sup>130</sup>) et dies eius multiplicentur et anni filiorum, quibus dominus augeat annos multos <sup>131</sup>), qui inpremeditados annos regi addidit Ezechie <sup>132</sup>); in ipso enim vivimus, movemur et sumus <sup>a</sup>) <sup>133</sup>).

